



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

SS. Galation Et Episteme MM. 5. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

696 VITÆ SANCTORUM. 5. Nov.

SS. GALATION ET EPISTEME MM.

5. Novembris.

**N**ulli æquè flores cælo arrident, ut  
nimi virginis lilia, maximè quæ ex  
thalamo surgunt, hoc utique pulchri-  
ora, quo rariora. Vides hodie tamen hac  
in **GALATIONE & EPISTEME**, qui-  
bus castissimum thalamum virginitas  
stravit, verecundia ornavit, mors de-  
fendit. Et **GALATIONE** quidem ma-  
tri sterili, si Christo adhæreret, spopondit  
Anachoreta, firmavitque pactum in som-  
nis visus in cruce Christus. Liberata u-  
trumque fides, & filio hereditatem pa-  
rens uterque Fidei, sponsam verò **EPI-  
STEMEN** reliquit formâ singulari &  
omnibus virtutibus dotatam. Hæc cæle-  
sti ostento, nec uno, instructa cum vir-  
ginum beatos choros esset intuita, facile  
virginitatem etiam in conjugio coluit.  
*Galatione* exinde inter monachos abdi-  
to, ipsa inter virgines velatas vixit, ab-  
ductaque per visum cum marito in cæle-  
stia palatia, iussaque coronam sperare,  
etiam ad sanguinem *Deo* litandum ani-  
mum exerit. Etenim eunte ad tribunal  
impium *Galatione*, pari passu virum mu-  
lier secuta, negavit recte facere conju-  
gem, si sine conuge ad coronam aspi-  
raret, quam nuper utrique cælum pro-  
mississet. Et vero hanc non minus spon-  
sa

S. Nov. VITÆ SANCTORUM. 697  
se quām sponso deberi. Itaque cūm,  
ut in lecto casto , ita etiam tormentis  
omnibus socia esset , post corpus vir-  
gis concisum , post infixas sub un-  
guas spinas , linguā primo & pedibus  
manibusque, post capite etiam sunt trun-  
cati, felicissimi conjuges & sine filiis  
morituri , nisi hoc , in quos omnia bona  
sparserant , pauperes negarent. Ex Me-  
taphr.

*Beatus , qui sacræ Virginitatis hortum  
conclusum, fontemque signatum Christo Do-  
mino inviolabiliter consecravit. Ipse procul  
dubio in æterno sponsi convivio , una cum  
B. Mariâ Virginie Virginis Matre , Regi-  
nâque Virginum Agnum sequetur, quo cum-  
que ierit. S. Laurent. Iustin. de Regim.  
Prælat. c. 8.*

S. MALACHIAS E.P. 5. Nov.

**A** Des turba literaria, & si placet, eun-  
tem ad ludum puerulum M A L A-  
CHI A M comitare. Vides ex viâ subsi-  
stentem , & passis brachiis identidem  
non Apollini sed Numini supplicem ? O  
plures sic ad scholas itarent , ut plures  
inde Malachia redirent ! Nunc unicum  
laudamus , qui Sacerdotio à Musis do-  
natus sororem è piacularibus flammis fa-  
cto sacrificio exemit , mox patriæ (Hi-  
berniæ ) Episcopatum tulit. Verùm uti  
honor artes alit ; ita invidiam provocat.

XX 5

Ca-